Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



inuenies dicit. Reuertar in domu meam
unde exiui. Et cum uenerit. inuenit sco
pis mundatam. Et tunc uadit & assumit
septem alios spiritus nequiores sui. se. & in
gressi habitant ibi. & sunt nouissima ho
minis illi peiora prioribus. Factum est autem
cum hec diceret. extollens uocem quedam
mulier de turba. dixit illi. Beatus uenter
qui te portauit. & ubera que suxisti. At il
le dixit. Quin immo. beati qui audiunt
& custodiunt uerbum dei. & custodiunt illud.
Ipsi diebus illis. Naaman f. k. ii. l. l. k regum.
princeps militie regis syrie. erat uir magnus
apud dominum suum & honoratus. Per illum e
nim dedit dominus salutem syrie. Erat autem uir
fortis & diues. sed lepsus. Porro de syria
egressi fuerant latrunculi. & captiuam du
xerant de terra israel puellam paruulam
que erat in obsequio uxoris naaman. Que
ait ad dominam suam. Utinam fuisset dominus meus
ad ypham qui est in samaria. profecto eu